



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 28. Inter papam, & Ferdinandum Neapolis Regem Pax restituta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul XV.  
A.C. 1492.

§. XXVIII.

*Inter Papam, & Ferdinandum Neapolis Regem pax restituta.*

*Surita te. 4.* Cum Galliarum Rex Neapolis regnum  
*l. 20. c. ult.* infestis armis invadere firmiter sta-  
*Marian. l. 25* tuisset, jamque formidandum belli appa-  
*c. 18.* ratum pro hac expeditione instrueret,  
*Raynald.* Ferdinandus metu compulsus, in gratiam  
*hoc ann. n. 10* summi Pontificis redire festinabat, nec  
irrito plane conatu; quippe die vigesima Januarii, Pontificem inter & Ferdi-  
nandum, ejusque filium Alphonsum Ca-  
labriæ Ducem pax restituta est, interce-  
cedente Arragonum Rege: Igitur Men-  
se Majo exeunte Ferdinandus Capuanum  
ejusdem nominis Principem nepotem  
suum Romam ablegavit, ut ab Innocen-  
tio VIII. Patri Aveque veniam depreca-  
retur, simulque sponderet, Regem an-  
num vestigal ex antiquo pacto Roma-  
næ Ecclesiæ debitum quotannis exacte  
soluturum, nec unquam pontificiam in  
conferendis regni Neapolitani beneficiis  
auctoritatem labefactaturum. Summus  
Pontifex advenientem hunc Principem  
magnis honoribus exceptit, eumque haud  
vulgaribus clementiæ significationibus  
cumulavit. Exstat hujus Pontificis di-  
ploma hoc anno die quarta Junii editum,

quo

Ne  
quo Innocentius Alfonso, necnon Fi- Sæcul. XV.  
lio ejus Principi Capuano, si Alphonsus A.C. 1492.  
ante Ferdinandum Patrem suum vivis  
eriperetur, Regni Neapolitani jura con-  
cessit. Ibidem quoque legitur clientelaris  
sponsionis sacramentum, quod summus  
Pontifex a Ferdinando exsolendum præ-  
scripsit.

### §. XXIX.

#### *Obitus Innocentii Papæ.*

Paulo post Innocentius VIII. Pontifica- Onuphr. &c.  
tum depositus, rebus humanis ereptus Ciac. in vit.  
Mense sequenti, die vigesima quinta Julii Pontif.  
D. Jacobo sacra. A biennio, quo apo- Papyr.  
plexia tactus jacuerat, adversa semper Maj. in  
valetudine premebatur, cumque vis mor- Inno. VIII.  
bi omnem medicinæ artem eluderet, Ju-  
dæus quidam impostor a tribus pueris,  
qui paulo ante emortui sunt, sanguinem  
extraxisse, ac exinde pharmacum Pon-  
tifici propinandum confecisse dicitur: Id  
vero cum Innocentius rescivisset, tantum  
nefas execratus, mox Judæum compre-  
hendi ac poena affici jussit, qui tamen  
præcipiti fuga supplicio se subduxit. - I-  
gitur Innocentius vitæ suæ finem insta-  
re conscient, totam curam vertit ad pro-  
curandam animæ salutem, eumque cadu-  
cas hujus sæculi delicias generoso con-  
temptu cum immortalitatis beatæ fi-

H h 3                  ducia